Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



228

& cum uenerit conuocat amicas & uicinas dicens: Congratulamini mihi quia inueni drazmam quam perdideram.

Quae amicae uel uicinae. Nisi illae potestates sunt caelestes. Iam superius dictae quae tanto superne sapientiae iuxta sunt quanto continuae eius per gratiam illuminationis ad propinquant. Sed intuendum cur istam mulierem decem drazmas habuisse perhibetur. Angelos quippe & hominum naturam ad cognoscendum sedens condidit quamdum consistere ad aeternitatem uoluit eam procul dubio ad suam similitudinem creauit. Decem uero drazmas habuit mulier. quia nouem sunt ordines angelorum sed ut conpleretur electorum numerus. homo decimus creatus est. qui a conditore suo nec post culpam perfecte quia hunc adepta sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testes repperit.

l. decem
v
m. decem

Dico uobis. Gaudium erit coram angelis dei. super uno peccatore paenitentiam agente.

Paenitentiam agere. est. & per quae mala plangere & plangenda non perpetrare. Namque si alia deplorat. ut tamen alia committat. Adhuc paenitentiam agere. aut ignorat aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata quis luxoriae defleat. & tamen adhuc auaritiae aestibus ardet. quid prodest si inre culpas iam lugeat. & tamen adhuc inuidiae facibus tabescat. sed minus est. ual de quo dicimus ut qui peccata deplorat plorenda minime committat. Nam cogitandum summopere est. ut qui se inlicita meminit commisisse aquibus dum licet studeat abstinere. quatenus per hoc conditori suo satisfaciat. ut qui commisit prohibita sibi & ipsa abscidere debeat & ea commissa.

R. l. xii. l. xxx. x. sol.

Ait autem Homo quidam habuit duos filios & dixit adulescentior ex illis patri da mihi portionem substantiae quae me contingit & diuisit illis substantiam.

Murmurantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisaeis. tres exordine parabolas saluatoris posuit. duabus primis de quibus disputatum est. quantum ipse cum angelis de paenitentium salute gaudeat. Ipsi uanas. festa uero quae sequitur. non suum tantummodo suorque gaudium demonstrans. sed & inuidentium murmur reprehendens. Homo itaque quidam duos filios habuisse dicitur. Pater intellegitur duorum uidelicet gentium populorum. & quasi duarum generis humani partium auctor atque creator. maior enim filius eos qui in unius dei permansere cultura. minor eos quos ad colendam idolatriam deseruere significat. Pars substantiae quae minorem filium contigit. ipse sensus in homine rationalis est. uuere enim intellegere meminisse ingenio alacri excellere diuini substantia muneris est. quamminor filius expetit a patre cum homo sua potestate delectatus pluberum sese arbitrium regere atque a domino quae sunt exuere conditoris diuinitatis illius substantiam. fidelis